

480 imp. Caesari | divi Septimi Severi | Pii nep., divi Antonini Magni Pii filio<sup>1</sup>, | M. Aurelio Severo | A[lexandro]<sup>1</sup> Pio Felici | Aug. pontific. maxim., | trib. potest. V<sup>2</sup>, cos. II, p. p., | col. Fl. Aug. Puteoli. *Puteolis rep. (X 1633). — 1) Vocabula erasa. — 2) A. 226.*

481 imp. Caes. | M. Aurel. | Severus | Alexander | P. F. August. | pont. max., | trib. pot. | VIII<sup>1</sup>, cos. III, p. p., | restituit | ab Aq.<sup>2</sup> m. p. LXXIII.

*In Pannonia rep. in Danuvio ad oppidum Paks, columna miliaria viae Aquinco (Ofen) Mursam ducentis (III 3751 vidit Mommsen). Haec illaesa mansit, cum in simili columna III 3758 etiam numeri tribuniciae potestatis et consulatus erasi sint. — 1) A. 250. — 2) Ab Aquinco.*

482 Fortunae Reduci Aug. | imp. Caes. M. Aureli Severi Ale|xandri Pii Felicis Aug. pontif. | max., trib. potest. XII<sup>1</sup>, cos. III, p. p., | et Iuliae Mamaeae<sup>2</sup> A[u]g., [matri]s Aug. | nostri et castrorum et senatus | et patriae, totiusque domus di|vinae, splendidissimus ordo | Siccensium devotus numi|ni maiestatique eorum d. d. p. p.

*Siccaei Veneriae (Eph. epigr. 5, 612 descripta a Roy). Litterae punctis distinctae scalpro abrasae sunt. — 1) A. 235. Videtur spectare titulus ad reditum imperatoris de expeditione contra Persas; cf. III 3427. — 2) Scr. Mameae.*

483 imp. Caes. divi An[tonini Magni] | Pii <filio><sup>1</sup>, divi Sept. Severi Pii <nepotis<sup>1</sup>, | M. Aureli Severo Alexandro Pio Feli|cis Aug. p. p., pontif. maximo, tribun. [potest.] . . . .

*Thuggae prov. proconsularis Africae (VIII 1485). — 1) Verba quae ad ipsum Severum Alexandrum pertinent, filio et deinceps a nepotis omnia quae servata sunt, leguntur in litura, scilicet erasa post caedem Alexandri et postea (fortasse sub Gordianis) restituta (idem accidit in aliis lapidibus Africanis Alexandri, item in Campano X 5856) (errore autem tunc scriptum est nepotis pro nepoti, Aureli pro Aurelio, deinde Severi, Alexandri, Pii, Felicis, maximi, sed pleraque ex his in ipso lapide mox correcta).*

484 pro salute domini | nostri imperator. | Severi Alexandri<sup>1</sup> Pii | Augusti et | Iuliae Maesae<sup>1</sup> et | Iuliae Avitae | Mameae<sup>1</sup> sanctissimarum | Augustarum, | Genio sancto castror. | peregrinorum | T. Flavius Domitianus | domo Nicomedia, quod | speculator leg. III Parth. | Severianae vovit, has- | tatus leg. X Fretensis | princeps peregrinorum | reddedit.

*Romae rep. in atrio Vestae (Bull. dell' Inst. 1884 p. 27). — 1) Alexandri, Maesae, Mameae nomina erasa, sed leguntur.*

485 Iuliae Avitae | Mameae Aug., | matri domini | n. sanctissimi | imp. Severi Ale|xandri Pii Fe|licis Aug. et | castrorum et | senatus et pa|triae et univer|si generis hu|mani, conven|tus Karthag.

*Carthagine nova (II 3415; Huebner ex. scr. ep. 661).*